



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

Cap. 1. De notione ac definitione iuramenti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

suit, iterum beneficia sine diminutione conferri debent.

Pensio non nisi moderata constitui debet, quæ
pleiisque est tertia pars fructuum ut tantum ma-
neat beneficiato, ut honeste statum suum conserua-
re possit: Alioquin si Parochiæ nimis tenues redditus
habent, viri docti fugientes labores ad otium & pin-
gues Canonicatus aspirabunt, Ecclesiæ autem ho-
minibus indoctis committi debebunt non sine po-
puli spirituali detimento.

Spectato iure communī pensariū obligatur ad
subsidiū charitatiū, & similia onera realia se-
cundum proportionem reddituum quos accipit, quia
qui sentit commodū debet & onus sentire. Con-
suetum tamen fermè est, ut pensiones libere desi-
gnantur, adeò ut totum onus ad titularem siue re-
cōtorem beneficii pertineat.

TRACTATVS TERTIVS.

De iuramentis & periurio.

C A P. I.

De notione & definitione iuramenti.

Iuramentum (dictum à Iure, quia quod cum iura-
mento assertur aut promittitur instar firmissimi
votis seu decreti haberi debet,) est inuocatio diuini
dominis in testimonium alicuius rei.

N.B. Finis iuramenti est confirmatio rei dubiæ iu-
xta Hebr. 6. Omnis controvēsiæ finis ad confirma-
tionem est iuramentū, cumenim particularia facta

Aaa & pro-

& promissa hominum s^ep^e incertæ veritatis finit, que per necessariam rationem confirmari possunt; ideo solent confirmari per testes. Verum humanum testimonium sufficiens non est ad eiusmodi confirmationem; partim propter defectum humanæ veritatis; quia homines s^ep^e mentiuntur, partim propter defectum cognitionis, quia homines nō possunt cognoscere occulta cordium, nec absentia, de quibus tamen loqui solemus, & expedit humanis rebus, vt de his etiam aliqua certitudo habeatur. Quamobⁱ necessarium fuit recurrere ad diuinū testimonium, quia Deus nec mentiri potest, nec cum aliquid latet, non tamen absolute petitur à Deo, vt dicti veritati actuali aliquo signo statim contestetur, sed si volunt, quando voluerit saltem, cum illuminabit abscondita tenebrarum.

2. Quod per falsum Deum fit, iuramentum per se loquendo obligatorium non est, nam iuramentum inuentum est ad confirmandam veritatem, quatenus fieri potest testimonio infallibilis cuiusmodi est solius veri Dei.

3. Ad iurandum animus sive intentio requiritur, non sola verba, imò solo animo iurari potest ab aliquo externo signo, v.c. qui cum intentione iurandi dicit in veritate hoc faciam, dummodo sit ipsi animus Deum in teste inuocandi.

4. Ad rationem iuramenti requiritur, vt non meram assertionem veritatis contineat, sed petitionem seu inuocationem testimonii diuini, quare si solummodo enunciatio dicatur tacita Coram Deo hec d.o. Deus scit, me verum dicere: Deus videt, ita esse, Deus misericordia est, non sunt iuramenta, tamen hoc ultimum frequenter ut iuramentum accipitur ex moribus etiam lo-

quent
ynqua
In
potest
Item
non si
diuina
Tales i
guitibr
Simili
quibu
tinetu
Ta
quant
Cu
prohi
gentil
pet si
iurant
indici
hus p

H
info
meir
judic
etia
deli
vell
ali
le

quentis potest coniici, utrum is frequenter, an vix
vix quam iurare soleat.

In vocatio testimonii diuini tūm explicitē fieri
potest (v.c. per Deum iuxta Apostolum. 1. Cor. 1. Te-
stim Deum in uoco) tūm implicitē v.c. per creaturas,
non simpliciter, sed ut in Deum relatas, prout in iis
divina potentia specialiter elucet iuxta Deut. 32 & 4.
Ihesus in uoco cælum & terram. Et Matth. 5. Per cælum,
qui ibronus Dei est, per terram, qui scabellum pedum eius.
Simili modo per Euangelium iurari solet, quippe in
quibus infallibilis Dei veritas nobis manifesta con-
pnetur.

Tantò decentius est iuramentum per creaturam,
quantò illa sanctior aut excellentior.

Cum in sacris canonibus sub excommunicatiōne
prohibetur iuramentū per creaturam, intelligitur de
gentilium iuramentis) per Iouem, solem, idque pro-
prie simulationem & scandalum. NB In exercitatorio
iuramento per creaturam (per animā) in quam Deus
iudicium exerceat, nisi verum sit, quod dicitur, mi-
nis periculi superstitionis aut scandalis subest!

C A P. II.

Dé quibusdam iurandi formulis.

Hæ sunt veræ formæ iurandi, per Deum ita est,
Deus mihi testis esto, item Auſt mein Hæt/
in foro judiciali, quando iudex dicat: Gelob an auſt
mein Hæt id est, promittē mihi iuratus, quia hæc est
iudicis intentio iuramenta exigentis. Et ista verba
etiam in vulgari sermone iuramentum continent, si
deliberate proferantur, quia ad iurandum satis est,
velle verba usurpare eo sensu; quo secundum
aliorum ita iurantium consuetudinem usurpari so-
lent. Hæc autem consuetudo videtur Germanorum;

Aaa x urfor